

AUREA BULLA: Caput II - FABULA

Valens: rot

Felix: blau

Erzähler: schwarz

DILIGENTER FELIX MUCAPORA LATEREM E MURO SOLVIT.

TUM SACCULUM RUBRUM EXTRAHIT. EUM FILIO SUO TRADIT.

VALENS ACCIPIT SACCULUM ET PATREM INTERROGAT:

«QUID INEST?»

PATER RESPONDET:

«NODUM SOLVE ET APERI SACCULUM! VIDE!»

VALENS NODUM SOLVIT ET BULLAM AUREAM EXIMIT.

EXCLAMAT:

«BULLA AUREA INEST! UNDE ACCEPISTI, PATER?»

PATER RESPONDET:

«BULLA IN TEGUMENTO ERAT, QUO TECTUS ERAS, CUM TE
INFANTEM INVENI. ECCE, BULLA FRACTA EST. ALTERUM

DIMIDIUM DEEST.»

ALENS BULLAM ANTE OCULOS TENET ET CONSIDERAT.

TUM DICIT:

«A PARENTIBUS MEIS BULLA VENIT. AUREA EST.

PRETIOSA EST. FORSITAN PARENTES NOBILES SUNT.

UBI ALTERUM DIMIDIUM EST? AD PARENTES ME DUCIT.

FORSITAN IULIAM IN MATRIMONIUM DUCERE POSSUM.

VIVUNTNE PARENTES? UBI QUAERERE? IMPERIUM ROMANUM

TANTUM EST!»

Plötzlich wird Valens traurig:

NAM INTELLIGIT: NON EST FILIUS MUCAPORAE;

PATREM HABET ALIUM. NEQUE NUNDINA MATER EST.

AMAT NUNDINAM ET MUCAPORAM. CARISSIMI SUNT.

VALENS SIMUL GAUDET ET DOLET.